*Dum loquor, Hesperio positas in litore metas*
*umida nox tetigit. Non est mora libera nobis:*
*poscimur: effulget tenebris aurora fugatis.*
*Corripe lora manu, vel, si mutabile pectus*
*est tibi, consiliis, non curribus utere nostris,*
*dum potes et solidis etiamnunc sedibus adstas*
*dumque male optatos nondum premis inscius axes.*
*Quae tutus spectes, sine me dare lumina terris!"*

vv. 142-149 Mientras hablo, la húmeda noche ha alcanzado las metas situadas en la costa de Hesperia. No somos libres de demorarnos: se nos reclama; resplandece la aurora, puestas en fuga las tinieblas. Toma con la mano las riendas o, si tu corazón aún puede cambiar, sírvete de mis consejos, no de mi carro, mientras puedes y todavía pisas suelo firme, y mientras, sin saber lo que haces, aún no ocupas el carro que tan mal deseaste. ¡Deja que yo dé la luz a las tierras, y tú contémplala seguro!».

*Occupat ille levem iuvenali corpore currum,*
*statque super manibusque datas contingere habenas*
*gaudet et invito grates agit inde parenti.*
*Interea volucres Pyrois et Eous et Aethon,*
*Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras*
*flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.*

vv. 150-155 Él ocupa con su cuerpo juvenil el ligero carro, se pone en pie sobre él, se alegra de tocar con sus manos las riendas que le han entregado y desde allí da las gracias a su padre, que se lo concede a su pesar. Entretanto, los veloces caballos del Sol, Pirois, Eoo y Etón, y el cuarto, Flegonte, llenan los aires de relinchos llameantes y golpean con los cascos las barreras.

## VERSOS 156-205

*Quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis*
*reppulit, et facta est inmensi copia caeli,*
*corripuere viam pedibusque per aera motis*
*obstantes scindunt nebulas pennisque levati*
*praetereunt ortos isdem de partibus Euros.*

vv. 156-160 Después de que Tetis, ignorante del destino de su nieto, las retiró y se les abrió la inmensidad del cielo, se lanzan al camino y, moviendo las patas por el aire, hienden las nubes que se les oponen y, elevados por sus alas, dejan atrás a los euros, que nacen en esas mismas regiones.

*Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent*
*Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat;*
*utque labant curvae iusto sine pondere naves*
*perque mare instabiles nimia levitate feruntur,*
*sic onere adsueto vacuus dat in aera saltus*
*succutiturque alte similisque est currus inani.*

vv. 161-166 Pero el peso era ligero, no tal que pudieran reconocerlo los caballos del Sol, y el yugo carecía de su gravedad habitual; y como las naves curvas se tambalean sin el lastre adecuado y, inestables por su excesiva ligereza, van a la deriva por el mar, así el carro, libre de su carga acostumbrada, da saltos en el aire, es zarandeado en lo alto y parece vacío.

*Quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt*
*quadriiugi spatium, nec quo prius ordine currunt.*
*Ipse pavet nec qua commissas flectat habenas,*
*nec scit, qua sit iter; nec, si sciat, imperet illis.*
*Tum primum radiis gelidi caluere triones*
*et vetito frustra temptarunt aequore tingi,*
*quaeque polo posita est glaciali proxima serpens,*
*frigore pigra prius nec formidabilis ulli,*
*incaluit sumpsitque novas fervoribus iras.*

vv. 167-175 En cuanto lo notaron, los cuatro caballos se desbocan, abandonan la pista trillada y no corren en el orden de antes. Él mismo se asusta y no sabe hacia dónde girar las riendas que se le han confiado, ni por dónde va el camino; y, aunque lo supiera, no podría dominarlos. Entonces, por primera vez, los helados Triones se calentaron con los rayos e intentaron en vano sumergirse en el mar que les está prohibido; y la Serpiente, situada junto al polo glacial, antes entorpecida por el frío y sin inspirar temor a nadie, se calentó y cobró con el ardor una furia nueva.

*Te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,*
*quamvis tardus eras et te tua plaustra tenebant.*
*Ut vero summo despexit ab aethere terras*
*infelix Phaethon penitus penitusque iacentes,*
*palluit et subito genua intremuere timore,*
*suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.*

vv. 176-181 Cuentan que también tú, Boyero, huiste turbado, aunque eras lento y te retenía tu carro. Y cuando el desdichado Faetonte miró desde lo más alto del éter las tierras que yacían abajo, muy, muy lejos, palideció, sus rodillas temblaron de repente por el miedo y, en medio de tanta luz, le surgieron tinieblas ante los ojos.

*Et iam mallet equos numquam tetigisse paternos,*
*iam cognosse genus piget et valuisse rogando,*
*iam Meropis dici cupiens ita fertur, ut acta*
*praecipiti pinus borea, cui victa remisit*
*frena suus rector, quam dis votisque reliquit.*

vv. 182-186 Y ya preferiría no haber tocado nunca los caballos de su padre; ya le pesa haber conocido su linaje y haber conseguido lo que pedía; ya, deseando que lo llamen hijo de Mérope, es arrastrado como una nave llevada por el impetuoso bóreas, cuyo piloto, vencido, ha soltado el timón y la ha abandonado a los dioses y a las plegarias.

*Quid faciat? multum caeli post terga relictum,*
*ante oculos plus est! animo metitur utrumque,*
*et modo quos illi fatum contingere non est,*
*prospicit occasus, interdum respicit ortus:*
*quidque agat ignarus stupet et nec frena remittit*
*nec retinere valet nec nomina novit equorum.*

vv. 187-192 ¿Qué puede hacer? Mucho cielo ha quedado a sus espaldas; ¡ante sus ojos hay más! Mide con el pensamiento lo uno y lo otro, y unas veces mira hacia delante, al ocaso, que el destino no le permite alcanzar, y otras vuelve la vista hacia el oriente; sin saber qué hacer, se queda paralizado, y ni suelta las riendas ni es capaz de sujetarlas, ni conoce los nombres de los caballos.

*Sparsa quoque in vario passim miracula caelo*
*vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.*
*Est locus, in geminos ubi bracchia concavat arcus*
*scorpius et cauda flexisque utrimque lacertis*
*porrigit in spatium signorum membra duorum.*
*Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni*
*vulnera curvata minitantem cuspide vidit,*
*mentis inops gelida formidine lora remisit.*

vv. 193-200 Ve también, tembloroso, prodigios esparcidos aquí y allá por el variado cielo, y figuras de enormes fieras. Hay un lugar donde el Escorpión curva sus pinzas en dos arcos y, con la cola y los brazos doblados a uno y otro lado, extiende sus miembros por el espacio de dos signos. En cuanto el muchacho lo vio, empapado en el sudor de un negro veneno y amenazando con herirlo con su aguijón curvado, fuera de sí, soltó las riendas, helado de terror.

*Quae postquam summum tetigere iacentia tergum,*
*exspatiantur equi, nulloque inhibente per auras*
*ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,*
*hac sine lege ruunt altoque sub aethere fixis*
*incursant stellis rapiuntque per avia currum.*

vv. 201-205 En cuanto las riendas, sueltas, les tocaron lo alto del lomo, los caballos se desbocan y, sin que nadie los frene, corren por los aires de una región desconocida; por donde los empuja el ímpetu, por allí se precipitan sin ley, chocan bajo el alto éter contra las estrellas fijas y arrastran el carro por lugares sin camino.

## VERSOS 206-256

*Et modo summa petunt, modo per declive viasque*
*praecipites spatio terrae propiore feruntur.*
*Inferiusque suis fraternos currere Luna*
*admiratur equos, ambustaque nubila fumant;*
*corripitur flammis ut quaeque altissima, tellus*
*fissaque agit rimas et sucis aret ademptis.*
*Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,*
*materiamque suo praebet seges arida damno.*

vv. 206-213 Y unas veces buscan las alturas, otras, por pendientes y caminos en picado, se lanzan por un espacio más cercano a la tierra. La Luna se asombra de que los caballos de su hermano corran por debajo de los suyos, y las nubes, abrasadas, humean. La tierra es presa de las llamas, empezando por las zonas más altas; rajada, se abre en grietas y se seca, privada de sus jugos. Los pastos se vuelven blancos, el árbol arde junto con sus hojas y la mies seca ofrece material para su propia ruina.

*Parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,*
*cumque suis totas populis incendia gentes*
*in cinerem vertunt. Silvae cum montibus ardent,*
*ardet Athos Taurusque Cilix et Tmolus et Oete*
*et tum sicca, prius creberrima fontibus, Ide,*
*virgineusque Helicon et nondum Oeagrius Haemus;*

vv. 214-219 Pero me quejo de poco: grandes ciudades perecen con sus murallas, y los incendios convierten en ceniza naciones enteras con sus pueblos. Los bosques arden con los montes: arde el Atos, y el Tauro de Cilicia, y el Tmolo, y el Eta, y el Ida, seco entonces, antes riquísimo en fuentes, y el virginal Helicón, y el Hemo, que aún no era de Eagro;

*ardet in inmensum geminatis ignibus Aetna*
*Parnasusque biceps et Eryx et Cynthus et Othrys,*
*et tandem nivibus Rhodope caritura, Mimasque*
*Dindymaque et Mycale natusque ad sacra Cithaeron.*
*Nec prosunt Scythiae sua frigora: Caucasus ardet*
*Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus*
*aeriaeque Alpes et nubifer Appenninus.*

vv. 220-226 arde desmesuradamente el Etna, con sus fuegos redoblados, y el Parnaso de dos cumbres, y el Érice, y el Cinto, y el Otris, y el Ródope, que al fin iba a quedarse sin nieves, y el Mimante, y el Díndimo, y el Mícale, y el Citerón, nacido para los ritos sagrados. A Escitia no le sirven de nada sus fríos: arde el Cáucaso, y el Osa con el Pindo, y el Olimpo, mayor que ambos, y los Alpes, que se elevan hasta el aire, y el Apenino, portador de nubes.

*Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem*
*adspicit accensum nec tantos sustinet aestus,*
*ferventesque auras velut e fornace profunda*
*ore trahit currusque suos candescere sentit;*
*et neque iam cineres eiectatamque favillam*
*ferre potest calidoque involvitur undique fumo,*
*quoque eat, aut ubi sit, picea caligine tectus*
*nescit et arbitrio volucrum raptatur equorum.*

vv. 227-234 Entonces Faetonte ve el orbe incendiado por todas partes y no soporta un calor tan grande; aspira por la boca un aire ardiente, como salido de un horno profundo, y siente que su carro se pone al rojo blanco; ya no puede soportar las cenizas y las pavesas que salen despedidas, y por todas partes lo envuelve un humo caliente; cubierto por una oscuridad negra como la pez, no sabe adónde va ni dónde está, y es arrastrado al capricho de los veloces caballos.

*Sanguine tum credunt in corpora summa vocato*
*Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.*
*Tum facta est Libye raptis umoribus aestu*
*arida, tum nymphae passis fontesque lacusque*
*deflevere comis: quaerit Boeotia Dircen,*
*Argos Amymonen, Ephyre Pirenidas undas.*

vv. 235-240 Creen que fue entonces cuando los pueblos de los etíopes adquirieron el color negro, al afluir la sangre a la superficie del cuerpo. Entonces Libia se volvió árida, arrebatada su humedad por el calor; entonces las ninfas, con los cabellos sueltos, lloraron por sus fuentes y sus lagos: Beocia busca a Dirce, Argos a Amimone, Éfira las aguas de Pirene.

*Nec sortita loco distantes flumina ripas*
*tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis*
*Peneusque senex Teuthranteusque Caicus*
*et celer Ismenos cum Phegiaco Erymantho*
*arsurusque iterum Xanthus flavusque Lycormas,*
*quique recurvatis ludit Maeandrus in undis,*
*Mygdoniusque Melas et Taenarius Eurotas.*
*Arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes*
*Thermodonque citus Gangesque et Phasis et Hister.*

vv. 241-249 Ni siquiera los ríos a los que tocaron en suerte orillas muy separadas permanecen a salvo: humeó el Tanais en medio de sus aguas, y el viejo Peneo, y el Caico de Teutrante, y el rápido Ismeno con el Erimanto de Fegeo, y el Janto, que había de arder por segunda vez, y el rubio Licormas, y el Meandro, que juguetea en sus aguas sinuosas, y el Melas de Migdonia, y el Eurotas del Ténaro. Ardió también el Éufrates de Babilonia, ardió el Orontes, y el veloz Termodonte, y el Ganges, y el Fasis, y el Histro.

*Aestuat Alpheus, ripae Spercheides ardent,*
*quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum,*
*et quae Maeonias celebrabant carmine ripas*
*flumineae volucres, medio caluere Caystro.*
*Nilus in extremum fugit perterritus orbem*
*occuluitque caput, quod adhuc latet: ostia septem*
*pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.*

vv. 250-256 Hierve el Alfeo, arden las orillas del Esperquio, y el oro que el Tajo arrastra en su corriente fluye fundido por el fuego; y las aves de río que celebraban con su canto las orillas meonias se abrasaron en medio del Caístro. El Nilo huyó aterrado al extremo del mundo y escondió su cabeza, que todavía hoy permanece oculta; sus siete desembocaduras están vacías, cubiertas de polvo: siete cauces sin río.

## VERSOS 257-308

*Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat*
*Hesperiosque amnes Rhenum Rhodanumque*
*Padumque,*
*cuique fuit rerum promissa potentia, Thybrin.*
*Dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis*
*lumen et infernum terret cum coniuge regem.*
*Et mare contrahitur, siccaeque est campus harenae*
*quod modo pontus erat: quosque altum texerat aequor,*
*exsistunt montes et sparsas Cycladas augent.*

vv. 257-264 La misma suerte seca el Hebro ismario junto con el Estrimón, y los ríos de Hesperia, el Rin, el Ródano y el Po, y el Tíber, a quien se había prometido el dominio del mundo. Todo el suelo se resquebraja, y la luz penetra por las grietas hasta el Tártaro y aterra al rey de los infiernos y a su esposa. También el mar se contrae, y es una llanura de arena seca lo que hace poco era mar; y los montes que el profundo mar había cubierto emergen y aumentan el número de las dispersas Cícladas.

*Ima petunt pisces, nec se super aequora curvi*
*tollere consuetas audent delphines in auras;*
*corpora phocarum summo resupina profundo*
*exanimata natant. Ipsum quoque Nerea fama est*
*Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris.*
*Ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu*
*exserere ausus erat, ter non tulit aeris ignes.*

vv. 265-271 Los peces buscan el fondo, y los curvos delfines no se atreven a saltar sobre las aguas hacia el aire, como acostumbraban; los cuerpos de las focas flotan sin vida, boca arriba, en la superficie del mar. Se cuenta que incluso Nereo, y Doris, y sus hijas se ocultaron en grutas tibias. Tres veces se había atrevido Neptuno a sacar los brazos del agua con rostro torvo; tres veces no soportó el fuego del aire.

*Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,*
*inter aquas pelagi contractosque undique fontes,*
*qui se condiderant in opacae viscera matris,*
*sustulit oppressos collo tenus arida vultus*
*opposuitque manum fronti magnoque tremore*
*omnia concutiens paulum subsedit et infra*
*quam solet esse fuit, siccaque ita voce locuta est:*

vv. 272-278 Sin embargo, la Tierra nutricia, rodeada como estaba por el mar, entre las aguas del piélago y las fuentes, encogidas por todas partes, que se habían escondido en las entrañas de su madre oscura, levantó, reseca, hasta el cuello su rostro abrumado, se puso la mano en la frente y, sacudiéndolo todo con un gran temblor, se hundió un poco y quedó más abajo de donde suele estar; y habló así con voz seca:

*"Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant,*
*summe deum? liceat perituraе viribus ignis*
*igne perire tuo clademque auctore levare.*
*Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo"*
*(presserat ora vapor): "tostos en adspice crines*
*inque oculis tantum, tantum super ora favillae.*

vv. 279-284 «Si esto te parece bien y lo he merecido, ¿por qué se detienen tus rayos, oh supremo entre los dioses? Si he de perecer por la fuerza del fuego, que se me permita perecer por tu fuego y aliviar mi desgracia por ser tú quien la causa. A duras penas logro abrir la garganta para pronunciar estas mismas palabras» (el vapor le oprimía la boca); «mira mis cabellos chamuscados y cuánta ceniza hay en mis ojos, cuánta sobre mi rostro.

*Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem*
*officiique refers, quod adunci vulnera aratri*
*rastrorumque fero totoque exerceor anno,*
*quod pecori frondes, alimentaque mitia, fruges,*
*humano generi, vobis quoque tura ministro?*
*Sed tamen exitium fac me meruisse: quid undae,*
*quid meruit frater? cur illi tradita sorte*
*aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?*

vv. 285-292 ¿Este es el fruto, este el honor que me das por mi fertilidad y mis servicios, porque soporto las heridas del corvo arado y de los rastrillos y me trabajan durante todo el año, porque proporciono al ganado follaje, al género humano mieses, alimento suave, y a vosotros, los dioses, incienso? Pero, aun así, supón que yo he merecido la destrucción: ¿qué han merecido las aguas, qué ha merecido tu hermano? ¿Por qué los mares que le fueron entregados en suerte menguan y se alejan más del cielo?

*Quodsi nec fratris nec te mea gratia tangit,*
*at caeli miserere tui. Circumspice utrumque,*
*fumat uterque polus. Quos si vitiaverit ignis,*
*atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat*
*vixque suis umeris candentem sustinet axem.*
*Si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,*
*in chaos antiquum confundimur. Eripe flammis,*
*siquid adhuc superest, et rerum consule summae."*

vv. 293-300 Y si no te conmueve ni la consideración a tu hermano ni la mía, compadécete al menos de tu cielo. Mira a uno y otro lado: humean ambos polos. Si el fuego los daña, se derrumbarán vuestros palacios. Mira: el propio Atlas está en apuros y a duras penas sostiene sobre sus hombros el eje incandescente. Si perecen los mares, si las tierras, si el palacio del cielo, volveremos a confundirnos en el antiguo caos. Arranca de las llamas lo que aún quede, si queda algo, y vela por el conjunto del universo».

301 *Dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem*
302 *ulterius potuit nec dicere plura: suumque*
303 *rettulit os in se propioraque manibus antra.*
304 *At pater omnipotens, superos testatus et ipsum,*
305 *qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato*
306 *interitura gravi, summam petit arduus arcem,*
307 *unde solet nubes latis inducere terris,*
308 *unde movet tonitrus vibrataque fulmina iactat.*

vv. 301-308 Esto había dicho la Tierra, pues no pudo soportar más tiempo el vapor ni decir más, y retiró su rostro dentro de sí, a las cavernas más cercanas a los manes. Pero el padre todopoderoso, después de poner por testigos a los dioses y al mismo que había entregado el carro de que, si él no prestaba ayuda, todo iba a perecer con un destino funesto, sube a lo más alto de su ciudadela, desde donde suele extender las nubes sobre las anchas tierras, desde donde mueve los truenos y lanza los rayos vibrantes.

## VERSOS 309-357

309 *Sed neque quas posset terris inducere nubes*
310 *tunc habuit, nec quos caelo demitteret imbres.*
311 *Intonat et dextra libratum fulmen ab aure*
312 *misit in aurigam pariterque animaque rotisque*
313 *expulit et saevis compescuit ignibus ignes.*
314 *Consternantur equi et saltu in contraria facto*
315 *colla iugo eripiunt abruptaque lora relinquunt.*
316 *Illic frena iacent, illic temone revulsus*
317 *axis, in hac radii fractarum parte rotarum,*
318 *sparsaque sunt late laceri vestigia currus.*

vv. 309-318 Pero entonces no tenía nubes que extender sobre las tierras ni lluvias que enviar desde el cielo. Truena y, tras balancear el rayo junto a su oreja derecha, lo lanzó contra el auriga, lo arrojó a la vez de la vida y del carro y con un fuego cruel reprimió el fuego. Los caballos se espantan y, dando un salto en dirección contraria, arrancan el cuello del yugo y abandonan las riendas rotas. Aquí yacen los frenos, allí el eje arrancado del timón, en esta parte los radios de las ruedas rotas, y los restos del carro destrozado quedan esparcidos por todas partes.

319 *At Phaethon rutilos flamma populante capillos,*
320 *volvitur in praeceps longoque per aera tractu*
321 *fertur, ut interdum de caelo stella sereno*
322 *etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.*
323 *Quem procul a patria diverso maximus orbe*
324 *excipit Eridanus fumantiaque abluit ora.*
325 *Naïdes Hesperiae trifida fumantia flamma*
326 *corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum:*
327 *HIC SITUS EST PHAETHON, CURRUS*
*AURIGA PATERNI:*
328 *QUEM SI NON TENUIT, MAGNIS TAMEN*
*EXCIDIT AUSIS.*

vv. 319-328 Pero Faetonte, mientras la llama devora sus cabellos rojizos, se precipita dando vueltas y cae por el aire dejando una larga estela, como a veces una estrella que, aunque no ha caído, pudo parecer que había caído desde el cielo sereno. Lejos de su patria, en el otro extremo del mundo, lo recibe el inmenso Erídano y le lava el rostro humeante. Las náyades de Hesperia dan sepultura a su cuerpo, que humea aún por la llama de tres puntas, y graban también en la piedra estos versos: AQUÍ YACE FAETONTE, AURIGA DEL CARRO DE SU PADRE; SI NO LO SUPO SUJETAR, CAYÓ AL MENOS POR UNA GRAN AUDACIA.

*Nam pater obductos, luctu miserabilis aegro*
*condiderat vultus: et, si modo credimus, unum*
*isse diem sine sole ferunt: incendia lumen*
*praebebant aliquisque malo fuit usus in illo.*
*At Clymene postquam dixit quaecumque fuerunt*
*in tantis dicenda malis, lugubris et amens*
*et laniata sinus totum percensuit orbem,*
*exanimesque artus primo, mox ossa requirens*
*repperit (ossa tamen peregrina condita ripa!),*
*incubuitque loco nomenque in marmore lectum*
*perfudit lacrimis et aperto pectore fovit.*

vv. 329-339 Pues su padre, digno de compasión por su enfermo duelo, había cubierto y ocultado su rostro; y, si es que lo creemos, cuentan que pasó un día entero sin sol: los incendios daban luz, y aquella desgracia sirvió de algo. Y Clímene, después de decir todo lo que había que decir en tan grandes males, enlutada y fuera de sí, con las ropas desgarradas sobre el pecho, recorrió el mundo entero; buscando primero los miembros sin vida, después los huesos, los encontró (¡pero los huesos sepultados en una orilla extranjera!), se echó sobre el lugar, bañó en lágrimas el nombre que leyó en el mármol y lo abrigó con su pecho desnudo.

*Nec minus Heliades lugent et inania morti*
*munera dant lacrimas, et caesae pectora palmis*
*non auditurum miseras Phaethonta querellas*
*nocte dieque vocant adsternunturque sepulcro.*
*Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:*
*illae more suo (nam morem fecerat usus)*
*plangorem dederant. E quis Phaethusa, sororum*
*maxima, cum vellet terra procumbere, questa est*
*deriguisse pedes. Ad quam conata venire*
*candida Lampetie subita radice retenta est.*

vv. 340-349 No lloran menos las Helíades, y ofrecen a la muerte lágrimas, ofrenda inútil; golpeándose el pecho con las palmas, llaman noche y día a Faetonte, que no ha de oír sus tristes lamentos, y se tienden sobre el sepulcro. La luna había llenado cuatro veces su disco juntando sus cuernos; ellas, según su costumbre (pues el uso había creado la costumbre), se habían entregado al llanto. Entre ellas, Faetusa, la mayor de las hermanas, al querer postrarse en tierra, se quejó de que se le habían quedado rígidos los pies. Al intentar llegar hasta ella, la blanca Lampecia quedó retenida por una súbita raíz.

*Tertia cum crinem manibus laniare pararet,*
*avellit frondes; haec stipite crura teneri,*
*illa dolet fieri longos sua bracchia ramos.*
*Dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex,*
*perque gradus uterum pectusque umerosque manusque*
*ambit et exstabant tantum ora vocantia matrem.*
*Quid faciat mater, nisi, quo trahat impetus illam,*
*huc eat atque illuc, et, dum licet, oscula iungat?*

vv. 350-357 La tercera, cuando se disponía a mesarse los cabellos con las manos, arranca hojas; esta se lamenta de que un tronco le aprisiona las piernas, aquella de que sus brazos se convierten en largas ramas. Y mientras se asombran de ello, la corteza les envuelve las ingles y, poco a poco, rodea el vientre, el pecho, los hombros y las manos, y solo sobresalían sus bocas, que llamaban a su madre. ¿Qué puede hacer la madre, sino ir de aquí para allá, adonde la arrastra el impulso, y besarlas mientras puede?

*Non satis est; truncis avellere corpora temptat,*
*et teneros manibus ramos abrumpit; at inde*
*sanguineae manant, tamquam de vulnere, guttae.*
*"Parce, precor, mater", quaecumque est saucia, clamat,*
*"parce, precor: nostrum laceratur in arbore corpus.*
*iamque vale" —cortex in verba novissima venit.*
*Inde fluunt lacrimae, stillataque sole rigescunt*
*de ramis electra novis, quae lucidus amnis*
*excipit et nuribus mittit gestanda Latinis.*

vv. 358-366 No basta: intenta arrancar sus cuerpos de los troncos y rompe con las manos las tiernas ramas; pero de allí manan gotas de sangre, como de una herida. «¡Detente, madre, te lo suplico!», grita cada una al ser herida; «detente, te lo suplico: es nuestro cuerpo lo que se desgarra en el árbol. Y ahora, adiós...» —la corteza cubrió sus últimas palabras. De allí fluyen lágrimas, y, destiladas de las ramas nuevas, se endurecen al sol convertidas en ámbar, que el río luminoso recibe y envía para que lo lleven como adorno las jóvenes latinas.

*Adfuit huic monstro proles Stheneleia Cycnus,*
*qui tibi materno quamvis a sanguine iunctus,*
*mente tamen, Phaethon, propior fuit. Ille relicto*
*(nam Ligurum populos et magnas rexerat urbes)*
*imperio ripas virides amnemque querellis*
*Eridanum implerat silvamque sororibus auctam,*
*cum vox est tenuata viro, canaeque capillos*
*dissimulant plumae, collumque a pectore longe*
*porrigitur, digitosque ligat iunctura rubentes,*
*penna latus velat, tenet os sine acumine rostrum.*

vv. 367-376 Presenció este prodigio Cicno, hijo de Esténelo, que, aunque emparentado contigo, Faetonte, por la sangre de su madre, estaba más unido a ti por el afecto. Él, abandonado su reino (pues gobernaba a los pueblos de los ligures y grandes ciudades), había llenado de lamentos las verdes orillas, el río Erídano y el bosque aumentado por las hermanas, cuando a ese hombre se le adelgaza la voz, unas plumas blancas ocultan sus cabellos, el cuello se le alarga mucho desde el pecho, una membrana une sus dedos enrojecidos, las plumas le cubren el costado y ocupa su boca un pico sin punta.

*Fit nova Cycnus avis, nec se caeloque Iovique*
*credit, ut iniuste missi memor ignis ab illo:*
*stagna petit patulosque lacus, ignemque perosus*
*quae colat elegit contraria flumina flammis.*
*Squalidus interea genitor Phaethontis et expers*
*ipse sui decoris, qualis, cum deficit orbem,*
*esse solet, lucemque odit seque ipse diemque,*
*datque animum in luctus; et luctibus adicit iram*

vv. 377-384 Cicno se convierte en un ave nueva, y no se confía al cielo ni a Júpiter, como quien recuerda el fuego que este lanzó injustamente; busca los estanques y los lagos abiertos y, odiando el fuego, eligió para habitar los ríos, contrarios a las llamas. Entretanto, el padre de Faetonte, desaliñado y privado él mismo de su esplendor, tal como suele estar cuando abandona el orbe en un eclipse, odia la luz, a sí mismo y al día, y entrega su ánimo al duelo; y al duelo añade la ira

*officiumque negat mundo. "Satis" inquit "ab aevi*
*sors mea principiis fuit inrequieta, pigetque*
*actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.*
*Quilibet alter agat portantes lumina currus!*
*Si nemo est omnesque dei non posse fatentur,*
*ipse agat ut saltem, dum nostras temptat habenas,*
*orbatura patres aliquando fulmina ponat.*
*Tum sciet, ignipedum vires expertus equorum,*
*non meruisse necem, qui non bene rexerit illos."*

vv. 385-393 y niega sus servicios al mundo. «Bastante inquieta ha sido mi suerte —dice— desde el principio de los tiempos, y me pesan unos trabajos sin fin y sin honor. ¡Que conduzca otro cualquiera el carro que lleva la luz! Si no hay nadie y todos los dioses confiesan que no pueden, que lo conduzca él mismo, para que, al menos mientras prueba nuestras riendas, deje por una vez los rayos que privan a los padres de sus hijos. Entonces sabrá, cuando haya experimentado la fuerza de los caballos de pies de fuego, que no merecía la muerte quien no supo gobernarlos bien».

394 *Talia dicentem circumstant omnia Solem*
395 *numina, neve velit tenebras inducere rebus,*
396 *supplice voce rogant: missos quoque Iuppiter ignes*
397 *excusat precibusque minas regaliter addit.*
398 *Conligit amentes et adhuc terrore paventes*
399 *Phoebus equos stimuloque dolens et verbere saevit:*
400 *saevit enim, natumque obiectat et imputat illis.*

vv. 394-400 Mientras dice tales cosas, rodean al Sol todas las divinidades y le piden con voz suplicante que no cubra el mundo de tinieblas; también Júpiter se disculpa por el fuego lanzado y, como rey, añade amenazas a sus ruegos. Febo reúne a los caballos, enloquecidos y todavía temblando de terror, y, dolido, se ensaña con ellos con la aguijada y el látigo; se ensaña, sí, y les echa en cara la muerte de su hijo y los culpa de ella.

## En resumen

### RESUMEN

Para demostrar que es hijo del Sol, Faetonte viaja al palacio de su padre, una construcción resplandeciente labrada por Vulcano. El Sol, sentado en su trono y rodeado por los Días, los Meses, los Años, los Siglos, las Horas y las cuatro Estaciones, lo reconoce como hijo y, para demostrarlo, le jura por la laguna Estigia concederle lo que pida. Faetonte pide conducir un día el carro del Sol. El padre se arrepiente e intenta disuadirlo: ni siquiera Júpiter podría guiarlo; el camino es empinado, el cielo gira y los caballos son indomables. Le da consejos: no usar el aguijón sino las riendas y seguir el camino del medio (*medio tutissimus ibis*, «irás más seguro por el medio», II, 137), ni demasiado alto ni demasiado bajo. Faetonte no cede. Los caballos (Piroo, Eoo, Etón y Flegonte) notan el poco peso del carro y se desbocan; Faetonte, aterrado al ver el Escorpión, suelta las riendas. El carro se acerca a la tierra y todo arde: montes, ciudades, ríos; según el poeta, entonces los etíopes se volvieron de piel oscura, Libia se convirtió en desierto y el Nilo escondió su nacimiento. La Tierra, abrasada, suplica a Júpiter; este fulmina a Faetonte con un rayo, que cae ardiendo al río Erídano (el Po). Las náyades de Hesperia lo entierran con un epitafio: «Aquí yace Faetonte, auriga del carro de su padre; si no pudo dominarlo, cayó al menos en una gran empresa». Su madre Clímene recorre el mundo buscando sus restos. Sus hermanas, las Helíades, lloran junto a la tumba hasta convertirse en árboles (Ovidio no dice de qué especie; la tradición los identifica con álamos), y sus lágrimas, endurecidas por el sol, se vuelven ámbar. Cicno, que lo llora, se transforma en cisne, ave que evita el fuego del cielo. El Sol, de luto, se niega a seguir alumbrando hasta que los dioses le ruegan y Júpiter lo amenaza; vuelve a su tarea y castiga con furia a los caballos, culpándolos de la muerte de su hijo.

### METAMORFOSIS

Las Helíades → álamos (y sus lágrimas → ámbar); Cicno → cisne. Faetonte no se transforma: muere fulminado.

### EXPLICACIÓN ETIOLÓGICA

El origen del ámbar, del desierto de Libia, del color de la piel de los etíopes, del cisne que huye del fuego.

### TEMAS

La ambición desmedida y la imprudencia juvenil (*hybris*); la búsqueda de la identidad y del reconocimiento paterno; la promesa irrevocable de los dioses; la moderación y el término medio (*aurea mediocritas*); el caos cósmico.

### CLAVES PARA LA PAU

Faetonte hijo del Sol y Clímene; Épafo; el juramento por la Estigia; el carro; los consejos del padre; Júpiter lo fulmina; cae en el Erídano (Po); Helíades en álamos y lágrimas en ámbar; Cicno en cisne.



4

OVIDIO · MET. III, 138-252

# Acteón y Diana

Acteón → ciervo.

Tiziano, Diana y Acteón (1556-1559), National Gallery de Londres y National Galleries of Scotland

**PERSONAJES**

Acteón, nieto de Cadmo (fundador de Tebas), hijo de Autónoe y Aristeo, joven cazador; Diana, diosa virgen de la caza; las ninfas de Diana (Crócale, Néfele, Híale, Ranis, Psécade, Fíale); los perros de Acteón (Melampo e Icnóbates son los primeros de la larga lista).

## VERSOS 138-191

*Prima nepos inter tot res tibi, Cadme, secundas*
*causa fuit luctus, alienaque cornua fronti*
*addita, vosque canes satiatae sanguine erili.*
*At bene si quaeras, fortunae crimen in illo,*
*non scelus invenies: quod enim scelus error habebat?*

vv. 138-142 Entre tantos éxitos, Cadmo, tu nieto fue el primer motivo de duelo para ti, y también los cuernos ajenos añadidos a su frente, y vosotros, perros saciados con la sangre de vuestro amo. Pero, si lo examinas bien, hallarás en él una culpa de la fortuna, no un crimen: pues ¿qué crimen había en un error?

*Mons erat infectus variarum caede ferarum;*
*iamque dies medius rerum contraxerat umbras*
*et sol ex aequo meta distabat utraque,*
*cum iuvenis placido per devia lustra vagantes*
*participes operum compellat Hyantius ore:*
*"Lina madent, comites, ferrumque cruore ferarum,*
*fortunamque dies habuit satis. Altera lucem*
*cum croceis invecta rotis Aurora reducet,*
*propositum repetemus opus; nunc Phoebus utraque*
*distat idem terra finditque vaporibus arva.*
*Sistite opus praesens nodosaque tollite lina."*
*Iussa viri faciunt intermittuntque laborem.*

vv. 143-154 Había un monte teñido con la matanza de fieras de todo tipo; y ya el mediodía había encogido las sombras de las cosas y el sol distaba lo mismo de una y otra meta, cuando el joven beocio, con voz tranquila, se dirige a los compañeros de sus tareas, que vagaban por guaridas apartadas: «Las redes, compañeros, y el hierro están empapados con la sangre de las fieras, y el día ya ha tenido suerte suficiente. Cuando la Aurora, llevada en sus ruedas de azafrán, traiga de nuevo la luz, reanudaremos la tarea propuesta; ahora Febo dista lo mismo de una y otra tierra y agrieta los campos con su calor. Detened la tarea presente y recoged las redes nudosas». Ellos cumplen las órdenes de su señor e interrumpen el trabajo.

*Vallis erat piceis et acuta densa cupressu,*
*nomine Gargaphie, succinctae sacra Dianae.*
*Cuius in extremo est antrum nemorale recessu,*
*arte laboratum nulla: simulaverat artem*
*ingenio natura suo; nam pumice vivo*
*et levibus tofis nativum duxerat arcum.*
*Fons sonat a dextra, tenui perlucidus unda,*
*margine gramineo patulos succinctus hiatus.*
*Hic dea silvarum venatu fessa solebat*
*virgineos artus liquido perfundere rore.*

vv. 155-164 Había un valle espeso de pinos y de afilados cipreses, de nombre Gargafia, consagrado a Diana, la de la túnica recogida. En su rincón más apartado hay una gruta rodeada de bosque, que no ha trabajado arte alguno: la naturaleza había imitado el arte con su propio ingenio, pues con piedra pómez viva y tobas ligeras había trazado un arco natural. A la derecha murmura una fuente, transparente por su fina corriente, ceñida en su ancha abertura por un margen de hierba. Aquí la diosa de los bosques, cansada de cazar, solía bañar sus miembros virginales con el límpido rocío.

*Quo postquam subiit, nympharum tradidit uni*
*armigerae iaculum pharetramque arcusque retentos;*
*altera depositae subiecit bracchia pallae,*
*vincla duae pedibus demunt; nam doctior illis*
*Ismenis Crocale sparsos per colla capillos*
*conligit in nodum, quamvis erat ipsa solutis.*
*Excipiunt laticem Nepheleque Hyaleque Rhanisque*
*et Psecas et Phiale funduntque capacibus urnis.*

vv. 165-172 Después de entrar allí, entregó a una de las ninfas, su escudera, la jabalina, la aljaba y el arco destensado; otra puso los brazos bajo el manto que se había quitado; dos le quitan el calzado de los pies; pues Crócale, la hija del Ismeno, más hábil que ellas, recoge en un moño los cabellos esparcidos por su cuello, aunque ella misma los llevaba sueltos. Néfele, Híale, Ránide, Psécade y Fíale toman el agua y la vierten con amplias urnas.

*Dumque ibi perluitur solita Titania lympha,*
*ecce nepos Cadmi dilata parte laborum*
*per nemus ignotum non certis passibus errans*
*pervenit in lucum: sic illum fata ferebant.*
*Qui simul intravit rorantia fontibus antra,*
*sicut erant, viso nudae sua pectora nymphae*
*percussere viro, subitisque ululatibus omne*
*implevere nemus circumfusaeque Dianam*
*corporibus texere suis; tamen altior illis*
*ipsa dea est colloque tenus supereminet omnes.*

vv. 173-182 Y mientras allí la Titania se baña en el agua de costumbre, he aquí que el nieto de Cadmo, aplazada una parte de sus trabajos, vagando con pasos inseguros por un bosque desconocido, llega a la arboleda: así lo llevaban los hados. En cuanto entró en la gruta, húmeda por las fuentes, las ninfas, desnudas como estaban, al ver a un hombre se golpearon el pecho, llenaron todo el bosque con repentinos alaridos y, rodeando a Diana, la cubrieron con sus cuerpos; sin embargo, la propia diosa es más alta que ellas y las sobrepasa a todas del cuello para arriba.

*Qui color infectis adversi solis ab ictu*
*nubibus esse solet aut purpureae aurorae,*
*is fuit in vultu visae sine veste Dianae.*
*Quae quamquam comitum turba est stipata suarum,*
*in latus obliquum tamen adstitit oraque retro*
*flexit, et ut vellet promptas habuisse sagittas,*
*quas habuit sic hausit aquas vultumque virilem*
*perfudit, spargensque comas ultricibus undis*
*addidit haec cladis praenuntia verba futurae:*

vv. 183-191 El color que suelen tener las nubes teñidas por el golpe del sol de frente o la aurora purpúrea, ese tuvo en el rostro Diana al verse vista sin ropa. Aunque estaba rodeada por la multitud de sus compañeras, se puso de lado y volvió el rostro hacia atrás; y, aunque habría querido tener a mano las flechas, cogió el agua que tenía, la derramó sobre el rostro del hombre y, rociando sus cabellos con las ondas vengadoras, añadió estas palabras, presagio de la desgracia futura:

## VERSOS 192-241

*"Nunc tibi me posito visam velamine narres,*
*si poteris narrare, licet." Nec plura minata*
*dat sparso capiti vivacis cornua cervi,*
*dat spatium collo summasque cacuminat aures,*
*cum pedibusque manus, cum longis bracchia mutat*
*cruribus et velat maculoso vellere corpus.*
*Additus et pavor est. Fugit Autonoeius heros*
*et se tam celerem cursu miratur in ipso.*

vv. 192-199 «Ahora puedes contar que me has visto sin velo, si es que puedes contarlo». Y, sin más amenazas, da a la cabeza rociada los cuernos de un ciervo longevo, da longitud al cuello, aguza la punta de las orejas, cambia las manos por pies, los brazos por largas patas, y cubre su cuerpo con una piel moteada. Se le añadió también el miedo. Huye el héroe hijo de Autónoe y se asombra, en plena carrera, de ser tan veloz.

*Ut vero vultus et cornua vidit in unda,*
*"me miserum!" dicturus erat: vox nulla secuta est.*
*Ingemuit: vox illa fuit, lacrimaeque per ora*
*non sua fluxerunt; mens tantum pristina mansit.*
*Quid faciat? repetatne domum et regalia tecta*
*an lateat silvis? pudor hoc, timor impedit illud.*

vv. 200-205 Pero, cuando vio en el agua su rostro y sus cuernos, iba a decir «¡Ay de mí!»: no salió voz alguna. Gimió: esa fue su voz, y las lágrimas corrieron por un rostro que no era el suyo; solo su mente de antes permaneció. ¿Qué puede hacer? ¿Volver a casa y al palacio real, o esconderse en los bosques? La vergüenza le impide lo uno; el miedo, lo otro.

*Dum dubitat, videre canes. Primumque Melampus*
*Ichnobatesque sagax latratu signa dedere,*
*Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus.*
*Inde ruunt alii rapida velocius aura,*
*Pamphagus et Dorceus et Oribasus, Arcades omnes,*
*Nebrophonusque valens et trux cum Laelape Theron*
*et pedibus Pterelas et naribus utilis Agre,*
*Hylaeusque ferox, nuper percussus ab apro,*
*deque lupo concepta Nape, pecudesque secuta*
*Poemenis et natis comitata Harpyia duobus,*

vv. 206-215 Mientras duda, lo vieron los perros. Primero Melampo y el sagaz Icnóbates dieron la señal con sus ladridos, Icnóbates de Cnoso, Melampo de raza espartana. Después se lanzan los demás, más rápidos que la veloz brisa: Pánfago, Dorceo y Oríbaso, todos arcadios, y el vigoroso Nebrófono, y el fiero Terón con Lélape, y Ptérelas, útil por sus patas, y Agre, por su olfato, y el feroz Hileo, herido hace poco por un jabalí, y Nape, concebida de un lobo, y Pémenis, que había seguido a los rebaños, y Harpía, acompañada de sus dos cachorros,

*et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon,*
*et Dromas et Canache Sticteque et Tigris et Alce*
*et niveis Leucon et villis Asbolus atris*
*praevalidusque Lacon et cursu fortis Aello*
*et Thous et Cyprio velox cum fratre Lycisce,*
*et nigram medio frontem distinctus ab albo*
*Harpalos, et Melaneus hirsutaque corpore Lachne,*
*et patre Dictaeo, sed matre Laconide nati*
*Labros et Argiodus, et acutae vocis Hylactor,*
*quosque referre mora est. Ea turba cupidine praedae*
*per rupes scopulosque adituque carentia saxa,*
*quaque est difficilis quaque est via nulla, sequuntur.*

vv. 216-227 y Ladón de Sición, de ijares estrechos, y Dromas, Cánace, Esticte, Tigris y Alce, y Leucón, de pelaje blanco como la nieve, y Ásbolo, de pelo negro, y el robustísimo Lacón, y Aelo, fuerte en la carrera, y Toos, y la veloz Licisca con su hermano chipriota, y Hárpalo, con la frente negra marcada en medio por una mancha blanca, y Melaneo, y Lacne, de cuerpo hirsuto, y Labro y Argiodo, nacidos de padre cretense pero de madre laconia, e Hiláctor, de voz aguda, y otros que sería largo enumerar. Esa jauría, por ansia de presa, lo persigue por peñas y riscos y rocas inaccesibles, por donde el camino es difícil y por donde no hay camino.

*Ille fugit per quae fuerat loca saepe secutus,*
*heu famulos fugit ipse suos. Clamare libebat*
*"Actaeon ego sum, dominum cognoscite vestrum!"*
*Verba animo desunt: resonat latratibus aether.*
*Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit,*
*proxima Therodamas, Oresitrophus haesit in armo:*
*tardius exierant, sed per compendia montis*
*anticipata via est. Dominum retinentibus illis,*
*cetera turba coit confertque in corpore dentes.*

vv. 228-236 Él huye por los lugares por donde tantas veces había perseguido; ¡ay!, huye él mismo de sus propios servidores. Querría gritar: «¡Soy Acteón, reconoced a vuestro amo!». Las palabras no acuden a su deseo: el aire resuena con los ladridos. Melanqueto le hizo las primeras heridas en el lomo; las siguientes, Terodamante; Oresítrofo se le clavó en el hombro: habían salido más tarde, pero por un atajo del monte se adelantaron en el camino. Mientras ellos retienen a su amo, el resto de la jauría se reúne y le hinca los dientes en el cuerpo.

*Iam loca vulneribus desunt. Gemit ille sonumque,*
*etsi non hominis, quem non tamen edere possit*
*cervus habet, maestisque replet iuga nota querellis.*
*Et genibus pronis supplex similisque roganti*
*circumfert tacitos tamquam sua bracchia vultus.*

vv. 237-241 Ya no queda sitio para las heridas. Él gime y emite un sonido que, aunque no es de hombre, no es tampoco el que podría emitir un ciervo, y llena de tristes lamentos las cumbres que conoce. Y, de rodillas, suplicante y semejante a quien ruega, vuelve a su alrededor su rostro callado como si fueran sus brazos.

## VERSOS 242-252

*At comites rapidum solitis hortatibus agmen*
*ignari instigant oculisque Actaeona quaerunt*
*et velut absentem certatim Actaeona clamant*
*(ad nomen caput ille refert), et abesse queruntur*
*nec capere oblatae segnem spectacula praedae.*
*Vellet abesse quidem, sed adest; velletque videre,*
*non etiam sentire canum fera facta suorum.*
*Undique circumstant mersisque in corpore rostris*
*dilacerant falsi dominum sub imagine cervi.*
*[nec nisi finita per plurima vulnera vita]*
*[ira pharetratae fertur satiata Dianae.]*

vv. 242-252 Pero sus compañeros, sin saberlo, azuzan a la veloz jauría con los gritos de costumbre, buscan con los ojos a Acteón y, a porfía, llaman a Acteón como si estuviera ausente (él vuelve la cabeza al oír su nombre), y se quejan de que no esté y de que, por perezoso, no contemple el espectáculo de la presa que se les ofrece. Él querría, desde luego, estar ausente, pero está presente; y querría ver, no también sentir, las salvajes hazañas de sus perros. Por todas partes lo rodean y, hundiendo los hocicos en su cuerpo, despedazan a su amo bajo la apariencia de un falso ciervo. [Y se cuenta que la ira de Diana, la portadora de la aljaba, no se sació hasta que su vida acabó entre innumerables heridas.]

## En resumen

**RESUMEN**

El narrador anuncia que la primera desgracia de Cadmo, en medio de su felicidad, fue su nieto Acteón, aunque aclara que la culpa fue de la mala suerte y no un crimen, pues «¿qué crimen tiene un error?». Al mediodía, tras una buena jornada de caza, Acteón despide a sus compañeros. En el valle de Gargafia hay una gruta con una fuente donde Diana se baña, cansada de cazar, servida por sus ninfas. Acteón, que vaga sin rumbo por un bosque que no conoce, llega allí por casualidad («así lo llevaba el destino»). Las ninfas, al ver a un hombre, gritan y rodean a la diosa para taparla, pero Diana, más alta que todas, queda a la vista y se ruboriza. Como no tiene a mano las flechas, le arroja agua a la cara y le dice: «Ahora cuenta que me has visto sin velo, si es que puedes contarlo». Acteón se convierte en ciervo: le nacen cuernos, se le alarga el cuello, las manos se vuelven patas y el cuerpo se cubre de pelo; solo conserva la mente humana. Huye y, al verse en el agua, intenta lamentarse, pero no puede hablar. Sus propios perros lo descubren y lo persiguen; él quiere gritar «¡Soy Acteón, reconoced a vuestro dueño!», pero no le salen las palabras. Lo despedazan mientras sus compañeros, que no saben quién es, azuzan a los perros y lo llaman lamentando su ausencia. El pasaje termina diciendo que la ira de Diana solo se sació con su muerte. (Justo después, en los vv. 253-255, fuera de la selección, Ovidio recoge el debate de la gente: unos encuentran a la diosa demasiado cruel y otros la consideran digna de su virginidad.)

**METAMORFOSIS**

Acteón → ciervo.

**TEMAS**

La culpa sin intención: el castigo desproporcionado de un error involuntario; la crueldad de los dioses; mirar lo prohibido; la pérdida de la identidad y de la palabra; la desgracia de la casa de Cadmo (Tebas).

**CLAVES PARA LA PAU**

Acteón nieto de Cadmo; valle de Gargafia; Diana bañándose; el agua que lo transforma; muere despedazado por sus propios perros; «fortuna» y no «crimen».



5

OVIDIO · MET. III, 339-510

# Narciso y Eco

Eco → voz (sus huesos se vuelven piedra); Narciso → la flor narciso.

Caravaggio (atribuido), Narciso (1597-1599), Galleria Nazionale d'Arte Antica

**PERSONAJES**

Tiresias, adivino ciego de Tebas; Liríope, ninfa, madre de Narciso; Cefiso, dios río, su padre; Narciso; Eco, ninfa; Juno; Némesis (llamada Ramnusia), diosa de la venganza; las náyades, hermanas de Narciso, y las dríades.

## VERSOS 339-392

*Ille per Aonias fama celeberrimus urbes*
*inreprehensa dabat populo responsa petenti.*
*Prima fide vocisque ratae temptamina sumpsit*
*caerula Liriope. Quam quondam flumine curvo*
*implicuit clausaeque suis Cephisus in undis*
*vim tulit. Enixa est utero pulcherrima pleno*
*infantem, nymphis iam tunc qui posset amari,*
*Narcissumque vocat. De quo consultus, an esset*
*tempora maturae visurus longa senectae,*
*fatidicus vates "si se non noverit" inquit.*
*Vana diu visa est vox auguris: exitus illam*
*resque probat letique genus novitasque furoris.*

